



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103157**

N. I. Schreiben der General-Staaten an Kayserliche Majestät.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](#)

1647.  
Octob.

N. I.

Litteræ Ordinum Generalium Belgij Federati ad Cæsaream Majestatem, pro omni  
moda prætenſi vētigalis Oldenburgici in Viſurgi caſſatione & remotione.

1647.  
Octob.

Serenissime, Potentissime atque Invictissime Imperator.

N. I.  
Der General-  
Staaten  
Schreiben an  
Kaiserliche  
Majestät, den  
Oldenburgis-  
chen Weser-  
Zoll betref-  
fend.

Jam pridem nobis innotuit, indiesque desuper magis ac magis certio-  
res reddimur, quod Dominus Comes Oldenburgicus conetur ac intendat  
naves, merces, nec non mercaturas in flumine Viſurgi sursum deorsumve  
tendentes certo quodam vētigali aggravare, unde non tantum liber com-  
merciorum cursus turbaretur ac impediretur, sed & naves harum Provin-  
ciarum sic ad stationem coactæ, in earum itinere permagno incommodo at-  
que impedimento onerarentur & retardarentur. Quod ipsum hyemali  
tempore aliis vè anni partibus per procellas & tempestates navis mercium-  
que interitum sèpe sèpius causari posset; Unde jam ante tam propter no-  
strum quam civitatis Bremanæ interesse, vigore utique federis inter hunc sta-  
tum & diëtam civitatem, memoratum Dominum Comitem Oldenburgicum  
diversis temporibus ac modis quavis humanitate & civilitate per literas  
amicè dehortati sumus, quo Dilectio Sua tam respectu commerciorum &  
navigationis hujus status quam Civitatis Bremanæ, à prætenſi vētigalis  
exactione desisteret, hos conatus cohiberet ac speculationes suas alior-  
um converteret. Attamen Dilectioni Sua usque huc non collibitum fuit  
diecto prætenſi vētigali renunciare, omninoque illud repudiare, sed è  
contrario potius omnes nervos intendit, ut seſe magis magisque in illud in-  
gerat; quod ipsum fundare ac probare velle videtur prætenſo quodam Pri-  
vilegio, quod ab Imperatoria Majestate Vestrâ cum Dominorum Sacri Rom.  
Imperii Electorum applauſu, nullo habito respectu ad hujus status interesse,  
sub- & obreptitiè obrinuit, & sic caco quodam raptu ducta, ulterius pro-  
gredi anhelat, causamque eo dirigere allaborat, ut diecti prætenſi vētigali  
concessio in Instrumentum Pacis universalis Germania referretur, in  
que eodem comprehenderetur, quo Dilectio Sua per hoc medium in diecto  
puncto prætenſi vētigali tanto magis confirmata, posthac eo fortius con-  
tra hunc statum dictamque civitatem Bremanam, & contra quosecumque  
hujus Vētigalis ejusdemque exactionis causa Interessatos agere possit; unde infallibiliter ad novos motus & dissensiones in Romano Imperio ansa præ-  
bebitur, quas tamen Imperatoria Vestrâ Majestas vult tolli resque adeo in  
tuto collocari & firmari summa ope & cura nititur, ne posthac ullæ in-  
commodites in Rom. Imperio enascantur. Unde opera precium esse du-  
ximus, Imperatoriam Majestatem Vestrâm hisce enixissime rogare, ne gra-  
vetur causam sèpius diecti vētigali Viſurgici resumere, illudque, quod  
desuper nullo habito respectu ad hujus Status interesse in præjudicium com-  
merciorum ac navigationis harum Provinciarum & sèpediæ Civitatis  
Bremanæ atque aliorum, actum gestumvè est, revocare, ut deinceps, si Imper-  
atoria Vestrâ Majestas illud acceptum tulerit, plenarerum cognitione, con-  
sultis prius auditisque nobis & quibuscumque aliis interessatis, cause status  
examinetur; Interea temporis Imperioriæ Vestrâ Majestati non invisum erit  
clementer ita ordinare & mandare, ut sèpius diecti vētigali causa extra In-  
strumentum Universalis Pacis Germania relinquatur, illudque Imperioriæ  
Majestatis Vestrâ Dominis Plenipotentiariis Extraordinariis Legatis Mon-  
asterii ac Osnabrugæ respectivè denuncietur & mandetur. Quod si verò  
decretem ac constitutem effet, diectam exactionem prætenſi Vētigalis in  
effectum deducere, illudque in hunc finem contra omnem expectationem  
in Instrumentum Pacis inserere, nostrum foret idem reputare, atque atten-  
dere, ut causam, quæ videretur contra neutralitatem pugnare, quam ta-  
men

1647. men in Theatro Universalis Pacificationis Tractatus Monasterii diversi-  
modo publicè declaravimus cum Imperatoria Vestra Majestate sanctè religio-  
seque observandam. Quia etiam ex Belgicis bellis per consequentiam &  
reflexionem in Imperio Rom. variae incommoditates & motus inter Princi-  
pes ejusdemque membra exorti sunt, e re fore duximus Imperatoriae Ma-  
jestati Vestrae dijudicandum relinquere, anne satius esset, quo omnis ansa,  
qua eo tendere videtur, præscinderetur, ne exinde in universalis tranquili-  
tatis & tam anxiè desiderata pacis negocio ullæ turbæ & motus suscitentur:  
Quod ipsum Imperatoria Majestati Vestrae auditu ingratum fore, nobis persuad-  
emus, quin potius confidimus Imperatoriam Majestatem Vestram pro ejus-  
dem summa prudentia & circumspectione, benememorato Domino Comiti  
Oldenburgico clementissime ac serio mandaturam, quo Sua Dilectio dictam  
exactionem prætensi hujus vectigalis mittat, neve æquo animo laturam,  
ut idem vectigal unquam introducat vel erigit, tanquam communibus  
commerciis & navigationibus, quæ invicem sunt quasi concatenata &  
difficillime ab invicem divelli & separari poslunt, maxime nocivum & derri-  
mentolum, quæque, extra præfatum prætensum vectigal, plus quam par est,  
ad suppressandos & excoriandos cuiuscunq; subditos & incolas aggravantur  
atque onerantur, prout idem Imperatoria Majestati Vestrae æque ac  
nobis ipsis constat. Quibus finientes ac Imperatoria Majestatis Vestrae fa-  
vorabilem dispositionem defuper expectantes, nimirum omnimodam hu-  
jus vectigalis cassationem & remotionem, Deum Ter Opt. Max. rogamus &c.  
Data Haga Comitis d. 24. Sept. Ao. 1647.

1647.  
Octob.

## N. II.

Kayserliches Rescript an die Kayserlichen Gesandten, die Differentien we-  
gen des Weser-Zolls an dem Kayserlichen Hoff zu lassen.

FERDINAND der Dritte ic.

N. II.  
Kayserliches  
Rescript we-  
gen des We-  
ser-Zolls.

Wohlgebohrner, auch Chrsamer, Gelehrter, liebe Getreue; Was Uns Bürger-  
meister und Rath der Stadt Bremen, durch dero an unserm Kayserlichen Hoff be-  
stellten Anwald Georg Friederich Lindenpuhi, beyder Rechten Doctorn, wegen eines  
zwischen Euch und der Kron Schweden Plenipotentiarien den 18ten nochstverwic-  
henen Monath Julii gemachten Conclusi, den Oldenburgischen Weser-Zoll und die  
Aufhebung der Litispendenz an unserm Kayserlichen Hoff wegen der Jurisdiction  
auf dem Weser-Strohm betreffend, klagend angebracht, das habt ihr aus den Ori-  
ginalien (die ich wieder zu unser Reichs-Hoff-Cantley-Registratur überschicken wol-  
let) mit mehrern zu vernehmen.

Demnach Wir Uns aber eines solchen gemachten Schlusses von euch nicht zu er-  
innern wissen, und Wir keiner interessirten Parthey in seiner gerechten Besugniß ei-  
nigen Eintrag zu thun gesonnen: Als ist unser gnädigster Befehl, daß ihr diesen  
Punct, weil ohne dieß viel ausgesteller seyn werden, dahin einrichtet, daß es ohne  
Nachtheil der bey unserm Kayserlichen Reichs-Hoff-Rath schwedenden Litispen-  
denz in puncto Jurisdictionis Visurgicæ, verbleiben thue; \*) Hieran vollbringt  
ihr unsern gnädigst gefälligen Willen, und seynd Euch ic. Geben in unserm Kay-  
serlichen Haupt-Quartier zu Pilsen, den 16. Sept. 1647.

Fünfter Theil.

Ccc 2

N. III.

\*) Haec litispendentia in integro manere nequit, nisi tota causa vectigalis habendi sit in inte-  
gro, cum ex capite Jurisdictionis alienæ oppugnetur vectigal, &c; an Jurisdiction fluvia-  
tica sit Comitis? quæstio sit præjudicialis, ante expedienda, quam de jure Vectigalis Vi-  
surgici habendi, constare possit.